



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs**

**Dueñas, Pedro**

**Venetiis, 1566**

Regvla CCLXVIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63213)

Regulæ vtriusque iuris selectæ. 152

Quinto limita, quoties convenitur hæres rei vendicatione: qui tunc convenitur ut quilibet possessor, non ut hæres, ut in l. de eo. in §. pen. ff. ad exhib. Ita expresse tenet Odofr. Gulielm. de Cugno, Bal. Sali. & Paul. de Cast. & ibi Corn. nu. 1, Iacobin. de S. Georg. nu. 1. Ang. in v. §. hæc stipulatio nu. 16. & ibi Imol. nu. 10, Roderic. Xarez in loco supra alleg. nu. 7.

REGVLA CCLXVIII.

EXCOMMUNICATVS non potest in iudicio principaliter agere. Hanc reg. probat tex. in c. intelligimus. de iudi. in c. post cessionem de proba. in c. decernimus. de sent. excomm. lib. vj. De iure regio probatur in l. 4. titu. x. lib. ij. fori. & in l. clxxvj. styli.

Circa quam reg. vltra doct. in supra dictis locis vide Nepotem a Monte Albano in tract. exceptionem, artic. vj. per totum. Ioan. de Ligoiano in tract. de censura ecclesiastica. nu. 26. & 27. Parisi. in c. cum iurer. & in c. si. nu. 2. de exceptio. Hierony. Gigantem in tract. de pensionibus. q. xiiij. Chassanæ. in consuetu. Burg. titu. (Des iudices.) Rub. j. §. 6. fol. 63. col. iij. nu. 15, Ioan. de Selua. in tract. de beneficio. in 4. parte. q. 4. Ludouicus Gomez. in c. j. num. 16. de rescript. lib. vj.

Hanc reg. cum quatuor limit. ponit Soci. in reg. 132. Hanc item cum quatuordecim limitationib. ponit Feli. in d. c. intelligimus, a name. 7. vsque ad finem. Eandem cum xxij. limitationib. ponit Montaluis in d. l. 4. titu. x. lib. ij. fori. in glo. in verb. (demandar.) ex quibus quindecim ante eum posuit Gemin. in c. j. de rescr. li. vj.

Et circa hanc reg. vide lxj. pœnas excommunicationis per Pet. Rebuffum in gl. concordatum, in Rub. de excommunicatis non vitandis. pag. 384. col. ij. cum octo sequent.

REGVLA CCLXIX.

EXCOMMUNICATVS non potest esse arbiter. Quam reg. firmat Io. And. in reg. dolo. de reg. iur. lib. 6. & ante eum hoc tenet Spec. in tit. de arbit. in §. differt. nu. 10. Hostiens. in c. cum dilectus. de arbit. Hanc opin. tenet glo. & ibi Odofr. & doct. in l. Padius. in verb. ignominiosus. vbi assignat rationem. ff. de rece. arbit. allegat tex. pro ista opinione in c. ad probandum. de re iud. vbi Panormi. nu. 2. & in c. veritatis. num. 32. de dolo & contu. & in c. quinquaginta. num. 27. de iureiuran. Geminia. in c. decernimus. num. 7. de sentent. excommuni. Dec. in c. intelligimus. in j. notab. de iudi. Hanc opinio. dicit esse veram Are. in §. penul. nu. 19. Instit. de excep. Lanfranc. in tract. de arbitris. in ij. par. princ. nu. 20. & esse communem Ioan. Baptista. de S. Blasio in tracta. de arbit. in vj. parte iij. libri. nu. 1. Eandem opinion. tenet Imol. in l. ex facto. in §.

in §.